846.C.3

Non

120

CENTRALE V. E. II

R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE V. E. II
8
46 C
3
ROMA

Codex XVII. Jan. 7. [illegible]

Digitized by Google

8. 46. C, 3

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

CONCEPTIO
IMMACVLATA
DEIPARÆ MARIÆ
VIRGINIS

CELEBRATVR V. ACROSTICHIDIBVS continentibus tria millia Anagrammata numeralia deducta ex oratione Angelica. Ex eius Litania. Ex antiphona Salue Regina, & Ex hymno Aue Maris Stella. Ex Alphabeti literis. Et aliqua Anagrammata ſunt ad examen redacta, vt Lector facilius videat vtrum pura ſint nec ne.

A Franciſco de Sancto Ioanne, & Bernedo Presbytero Hiſpano Cappellano celeberrimæ Cappellæ Paulinæ vbi colitur SS. Imago B. MARIÆ Virginis à S. Luca depicta in SacroSancta Baſilica Liberiana S. Mariæ Maioris Romæ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMÆ,
Typis Franciſci Tizzoni. M.DC.LXXXVI.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

CONCEPTIO
IMMACVLATA DEIPARÆ MARIÆ VIRGINIS

Celebratatur trecentis Anagrammatibus numeralibus, & aliqua ſunt ad examen redactavt lector facilius videat vtrum pura ſint nec ne.

Mariæ Deiparæ Virgini ſemper immaculatæ.

Sanctiſſima Maria 584. Potentiſsima 584 Munda Margarita 584. O! Maculæ munda 584.

VIDES hic famulum tuum, quantumuis indignum permotum tamen cupiditate obſequendi bonitati tuæ, qui vt munuſculum aliquod offerret, inſtar apis legentis flores ad mellificandùm, ex omnibus pęnè hortis eorum, qui luculentiſſimè de laudibus

Digitized by Google

tuis ſcripſerunt, nonnulla præconia decerpſit, quibus hæc Anagrammata numeralia conſtrueret. Accipe Mater mea qualecumque hoc pauperis ingenij donum, & cor ipſum donantis, quod inflammatum, excoctum, expurgatum igne amoris tui ſtatuas precor ante conſpectum Amantiſſimi filij tui Ieſu. Spero æquidem ita facilè fore vt non contemnatur ſi per manus tradetur tuas.

Tibi Mater amabilis, nihil vehementius curæ eſt, quam bonum filiorum, famulorumque tuorum; vel non rogata ades, opemque illorum neceſſitatibus præſtas, quemadmodum olim in nuptijs habitis in Cana Galileæ, te benignam exhibuiſti: quando deficiente vino filio tuo dixiſti. *Vinum non habent*. O! Mater pietatis, ac miſericordiæ, quandoquidem explorata eſt tibi paupertas mea, & ſpiritualis indigentia, qua laboro, interpone pro mè quoque

po-

potentiſſimas preces tuas apud filium tuum. Dic quæſo illi *Vinum non habet.* Deficit enim me vinum charitatis perfectæ, quod lætificat corda, quod pectus prorſus omni triſtitia liberat, quod vacuat omni tempore, quod amarum in dulce vertit: enim vero quid graue aut difficile Amanti eſt? quid quod amor non perfundat liquidiſſima voluptate? qua Animam mirificè Sponſum, Sponſuſque inuicem Ieſus Animam ſupra modum oblectat. Impetra mihi hoc amoris, & deuotionis merum pretioſum, vt ipſe poſſim, deſtitutus alioquin pietate omni, gratus coram oculis diuinis eſſe. Amen.

Infimus ſeruulus tuus, & minimus Cappellanus.
Franciſcus à Sancto Ioanne, & Bernedo.

SS. D. N.

INNOCENTIO XI. PONT. MAXIMO.

LIBELLVS hic contextus Deiparę laudibus, quas famulus obſequentiſſimus tuus, quaſi flores decerpſit ex amœniſſimo Sanctorum Patrum viridario, aliorumquę præclariſſimorum virorum hortis, iure quodam ſuo, veluti munuſculum ruſtici donari Magno Principi, offerri ſe tibi poſtulat, licet conſcius paruitatis ſuæ, tamen confidit futurum ſe tibi pergratum. Nouit enim quam benignè excipias, quanta cum voluptate amplectaris etiam minima quæquè ad rerum ſacrarum cultum ſpectantia. Hoc igitur opu-

ſcu-

Digitized by Google

ſculum non dedignaberis in quo de Angelorum Reginæ laudibus agitur, cuius nimirum colendæ quanta inte ſint ſtudia, cuius viciſsim tutelæ commendatiſſimas eſſe res tuas, tum quæ ad priuatum tui, tum etiam quæ ad publicum commodum pertinent Catholicæ Eccleſiæ, quam Paſtor optimus mirifica prouidentia gubernas, ignorat nemo.

Sanctus Ioannes inter multa; quæ ſibi per viſum declarata diuinitus in ſua Apocalypſi narrat, hæc habet. *Vidit Angelum deſcendentem de Cælo, habentem clauem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua. Et apprehendit draconem, ſerpentem antiquum qui eſt diabolus, & ſatanas, & ligauit eum per annos mille: & miſit eum in abyſſum, & clauſit, & ſignauit ſuper illum, vt non ſeducat amplius gentes, donec conſumentur mille anni: & poſt hæc oportet illum ſolui.* Cap. 20. n. 1. 2. 3. & ibi, n. 7. *& cum conſummati fuerint mille anni ſoluetur ſatanas de carcere ſuo, & exibit,*

&

& ſeducet gentes, quæ ſunt ſuper quattuor angulos terræ.

Hanc Prophæticam prænunciationem dilecti in primis à Chriſto diſcipuli euentus, tunc maximè comprobaſſe viſus eſt, cum Sanctus Pontifex Silueſter Magnum Conſtantinum à ſuperſtitione reuocauit ad orthodoxam fidem, profligataq; idololatria, eius auctorem, ac fautorem dęmonem *per annos mille* in tartareum carcerem detruſit, religatum catena, ne afflatu venenato fraudum ſuarum humano generi callidus ſerpens noceret. Tunc primum Chriſtianus Populus multis diuturniſque tyrannorum perſequtionibus exagitatus, reſpirauit; tunc factum eſt, vt poſt clades annorum 324. tanquam gratiore poſt longum bellum pace, Religio optatiſſimo otio frueretur, nempè excuſſo perfidiæ iugo totum orbis ambitum apertè victrix peruagari cœpit, nomenque Chriſti, quod

Gen-

Gentilibus ſtultitia, Iudæis ſcandalum, omnibus probrum erat, cum gloria circumduxit.

Porrò mille anni ad quos Draco Tartareus in carcere concluſus dicitur, ſi vt verba literarum ſacrarum ſonant intelligantur, poſt quos *Oportet illum ſolui*, facile referri poſſunt, quæ dicuntur de Dracone ad Othomannorum familiam, cuius quidem amplitudo & potentia initia habuit mille poſt annos à conuerſione Conſtantini, anno videlicet 1324. ſcilicet vt à bellico huius ſtirpis gladio diſrupta ſint vincula, quibus Draco vinctus detinebatur, quanto cum detrimento Chriſtianorum ſatis omnibus perſpectum eſt, atque teſtatum; ea certè de cauſa vt improbi corrigerentur, & exercerentur boni.

Noſtris verò, ſi vnquam aliàs calamitoſis temporibus, quando Oues Chriſti vndique periculis obſeſſæ Turcarum incurſionibus maximè

pa-

patebant, & pænè omnibus præſidijs deſtitutæ, quo plus operis indigebant eò minus ſperare poſſe videbantur, vt à faucibus immanis furentiſque Belluæ eriperetur, Miniſterio tuo, Sanctiſſime Pater, qui meritò Sanctorum Petri, & Sylueſtri locum tenes, tuis præcipuè permota lacrymis Clementiſſima Virgo Maria coniecit in nos oculos miſericordię ſuę, & afflictos fidelium animos mirificè erexit, Draconis, ac Miniſtrorum eius repreſſit audaciam, caput eliſit, vt pro certo omnes habeant, rogatu tuo apud Virginem Mariam, rogatu Virginis apud Altiſſimum res Catholicorum pęnè contritas ſtetiſſe.

Ita ſolata eſt Mater pietatis mœrorem populi ſui hoſtiumque ſuperbiam contriuit precibus tuis incenſa. Quare prouolutus ad pedes tuos oro quanta poſſum animi demiſſione, quæſoque te, quò minus ab incepta ſollicitudine, curaque Eccleſiæ adſi-

ſtas,

ſtas, & quoniam in Chriſtiana Republica Capitis, Paſtoris, Patris amantiſſimi munere fungeris, cuius proinde potentiſſima vota eſſe debent ad extorquendum Dei, ac Deiparæ patrocinium ad liberandos Chriſti Sectatores à quacumque imminenti pernicie, vt illam in ſuos hoſtes hæreticos, ſchiſmaticos, Turcas, profanaſque alias gentes conuertat, Deum ora. Interim ego ſupliciter implorata Benedictione Sanctitatis tuę etiam atque etiam præcor Diuinam Maieſtatem, vt te, quam diutiſſimè ſeruet incolumem, & ſpem quam Chriſti grex totus in tua iuſtitia, charitate, incredibili Religionis, tum conſeruandæ, tum propagandæ amore, cęteriſque plurimis dotibus tuis poſuit, feliciter augeat impleatque.

CEN-

CENSVRA REVERENDISS. PATRIS *Martini de Eſparza Societatis Ieſu , & eiuſdem Reuiſoris generalis pro Aſſiſtentia Hiſpaniæ Santiſs. D.N. Innoc. XI. Theologi & examinatoris Epiſcoporum , ac Sac. Congreg. Rituum, & S.Offic. Inquiſ. Conſul.*

DE mandato Reuerendiſs. P. Mag. Sacr. P. Apoſt. vidi, & obſeruaui diligenter Librum , cuius titulus eſt *Anagrammata numeralia in honorem Deiparæ Virginis Mariæ ſine macula Conceptæ*, & Auctore Domino Franciſco à S. Ioanne , & Bernedo , & cenſeo opuſculum iſtud eſſe valdè pium , elaboratum operosè , idoneum ad confouendam deuotionem ergà B. Virginem cum accurato, & optimo delectu elogiorum eius , nilque continens ſanæ doctrinę, aut probis moribus contrarium .

Dat. in Coll. Rom. Soc. Ieſu 6. Febr. anno 1686. *Martinus de Eſparza S. I.*

CEN-

CENSVRA REVERENDISS. PATRIS *Fr. Franciſci Diaz à S. Bonauentura Lectoris Generalis Iubilati, Sanctæ Inquiſitionis qualificatoris, Regis Catholici concionatoris, eiuſdemque Maieſtatis Theologi, Prouinciæ Sancti Iacobi, ac totius Ordinis Fratrum Minorum de obſeruantia Patris, & in Romana Curia pro Vltramontana eiuſdem Ordinis Familia Commiſſarij Generalis.*

DE mandato Reuerendiſſimi P. Mag. Sac. Pal. Apoſtolici *Anagrammata numeralia in honorem Deiparæ Virginis Mariæ ſine macula Conceptæ* à D. Franciſco à Sancto Ioanne, & Bernedo Presbytero Hiſpano è Sacræ paginæ, ac Sanctorum Patrum ſententijs deprompta accuratè perſpexi, ſimulque mirari non omiſſi, nam ſicuti manuum Domini opera ſingulariter, ac ſeparatè perpenſa bona appellari poſtularunt, ſimul autem inſpecta glorioſius per illa verba: *Vidit Deus cuncta,*

quæ

quæ fecerat, *& erant valdè bona*, approbari meruere: ita proportionabiliter ſententiæ ex quibus Anagrammata iſta coaleſcunt bonæ vt ſingulæ, & vt ſub numeris Anagrammatum coniunctæ valde bonæ, ac myſterioſæ cenſeri debent. Nec auctoris in ijs coniungendis labor honeſtiſſimo fine orbatus vnquam credi, aut ſapienter percipi, vel tutò doceri, ſeù autumari poterit, quippè hiſtoria lib.3.Reg. teſtante, *Locutus eſt quoque Salomon tria millia parabolas, & fuerunt carmina eius quinque millia, & diſputauit ſuper lignis à Cedro quæ eſt in Libano, vſque ad hyſſopum, quæ egreditur de pariete:* obidque, *Veniebant de cunctis populis ad audiendam ſapientiam Salomonis*. At iſtius opuſculi auctor ſuper vna tantum Virga (*Maria* videlicet) tot proprietates ſcripſit, tot laudes congeſſit, tot myſteria aperuit, & tot mira aggregauit, quot nullus, quem viderim ſub difficillimis Anagrammatum numeris huc vſque exarauerit. Vnde ſi Regina Saba Salomonem tentauit *in ænigmatibus*; *& non fuit ſermo, qui Regem poſ-*

ſet

ſet latere, *& non reſponderet ei*: æterna ſapientia pro Cælorum Regina fidelium affectus ad amorem ipſi debitum in ænigmatibus ſacrarum ſententiarum olim prouocauit; nunc autem per virum quem ſermones illi non latent apertius animæ ad præfatum amorem inuitantur: hinc merito ad illius ſapientiam audiendam, & legendam ſapientes vocarem, ſed ne eius modeſtiæ moleſtus ſim, in ſui adeò laborioſi exercitij laudem calamum conuerto; in eo ſiquidem verior *Caloris naturaliſſima*; *dormientis naturæ exercitatio*, *virtutum corroboratio*, *ſuperfluitatum conſumptio*, ac maius *otio inimicum*, *tempore lucrum*, *iuuentutis debitum*, *& ſenectutis gaudium*, quod Fulgentius exercitio tribuit fæliciter oſtenditur: ac proinde ſi iuxta Hyeronimi placitum, *Non facilè capitur à diabolo*, *qui bono vacat exercitio*: & Diuina Sapientia teſte, *qui operantur in me* (Maria ſcilicet) *non peccabunt*, *& qui elucidant me vitam æternam habebunt* fælicior erit hic anagrammatum labor per quem auctor otioſitatem fugare, arcana

detegere, Mariæ laudes diſponere; & in eius amorem corda fidelium dirigere per optauit, quam lapides, & aquam de loco in locum aſportare, ſportas conficere, ſcrima conſtruere, & plura alia laboritia peragere, in quibus quamplurimi Eremi Patres victoriam de otij ac inferni principe reportarunt: quapropter, & quia nihil contra fidem aut bonos mores in hoc opere inueni illud luce publica dignum iudicarem niſi &c. in hoc Conuentu S. Mariæ de Aracæli die 19. Martij 1686.

Fr. Franciſcus Diaz à S. Bonauentura.

LE-

LECTORI.

ANAGRAMMATA, quæ dicuntur numeralia, componere æque operoſum eſt, atque arduum. Eaque tunc abſoluta perfectaque ſunt quando binas quas requirant dotes habeant, integritatem, & proprietatem. Modus anagrammatis formandi talis eſt. Quælibet alphabeti littera ſuum ſibi numerum poſcit, hoc ordine, vt A. vſq; ad I. habeat valorem numeri ſimplicis v. g. A. valet 1. B. valet 2. C. 3. & Ab K. vſque ad S. proceditur per numeros denarios ſicut litteræ K. tribuatur 10. L. 20. M. 30. & Ab T. vſque ad Z. per centenarios ſic vt T. va-

A.	1	M.	30
B.	2	N.	40
C.	3	O.	50
D.	4	P.	60
E.	5	Q.	70
F.	6	R.	80
G.	7	S.	90
H.	8	T.	100
I.	9	V.	200
K.	10	X.	300
L.	20	Z.	400

BIBLIOTECA ... ROMA VITTORIO EMANUELE

leat 100. V. 200. X. 300. & Vt melius hoc teneas vide exemplum in margine poſitum.

Multùm ſudant ingenia in inueniendo conceptum, qui reſpondeat numero litterarum argumenti illius quod ſibi propoſuerunt, quidem aliquandò cum fructu; nam mirabiles combinationes ſortieuntur. Satis fuit fęlix ingenioſumque illud anagramma numericum quo Ioannes Oſtulphus interpretatus eſt locum perobſcurum Apocalipſeos, vbi textus hæc ſummatim habet Monſtruoſa Beſtia perſequetur Eccleſiam: hæc autem beſtia homo erit, cuius nomen continebit numerum *666*. Beſtia de qua loquitur D. Ioan. dicit Oſtulphus fuiſſe monſtrum illud furiale, quod ex erebo erupiſſe viſum eſt, auctore hęreſis infenſiſſimæ Martinum Lutherum, cuius nomen patrio idomate ita exprimitur Martin Lauter, comprӕhenditurque eodem plane numero *666*. vt videre eſt in margine. ſi in vnum colligas

nu-

M.	30	numerorum ſummam iuxta
A.	1	regulam ſuperius traditam.
R.	80	Ingenioſum pariterque reli-
T.	100	gioſum fuit illud quod reſulta-
I.	9	uit ex verbo *Maria* conſtante
N.	40	numero 121. videlicet *Dei Re-*
L.	20	*gia*, quod conſtat numero 120.
A.	1	admirandumque plane foret,
V.	200	niſi ſecundus à priori numero
T.	100	per vnam vnitatem deficeret,
E.	5	quare integrum non eſt.
R.	80	Hoc omnino purum eſt.
	666	

Mater, & Virgo 667. Ignara ſemper maculæ 667. item. Libera à macula originis 667.

Ex ijſdẽ verbis infinita alia fieri poſſunt anagrammata, modo hic numerns varijs characteribus exponatur, ſed vix Lector poſt multum laboris diu noctuque impenſi aliquod anagramma perficet proprium & integrum. Hic ego quam plurima apponam anagrammata, quæ curioſus Lector in

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

vnum ſummam conferens ad examen reuocare poterit, vt intelligat vtrum ſint pura nec ne. Vnum monuerim, non nulla ſcilicet nomina quæ duplici littera ſcribi amant, vnica tantum littera à me expreſſa fuiſſe, ſicuti gemma, communis, ſtella, ita etiam æ ę dipthongus, id autem aliquando feci, ne integritati deeſſem.

Quod ſi quis forte putet oleum me & operam perdidiſſe & feciſſe tantam iacturam temporis quantum in his anagrammatis conficiendis inſumitur; ſciat me olim etiam cum his ſtuderem in eadem opinione fuiſſe, parumque abfuiſſe quin ab incepto deſiſterem: tamen cum veniſſet in mentem vt ſuſceptus labor in honorem Deiparæ cederet, vtq; veteres Monachi fallendi cauſa otij, (quod origo malorum eſt) fiſcinas texere ſoliti eſſent, identidem textum retexere, ex vno in alium locum aſportare ſaxa, nihil aliud in his præter otij fugam quærentes, ocupationemque ipſam, qua ſe ab inſidijs malidemonis tutarentur: ego qui omne texturæ

ge-

genus ignoro, cuique ad lapides mouendos vires non ſufficiunt opere pretium me factum arbitratus ſum, ſi aliquid horarum impenderem in his anagrammatis numericis componendis ſcribendiſque, facile enim mihi perſuadeo hunc qualemcumque laborem meum acceptum futurum amantiſſimæ Parenti noſtræ Mariæ.

Cenſeo prætereà homini Chriſtiano nihil eſſe ſalubrius, quam ſi aliquod exercitium præmanibus habeat, quo à creatis rebus longè abeſſe diſcat, & ſolitudini aſſueſcere, ad quam crebro ſe recipiens ſibi ſoli vacet, & Deo. Otium malorum obtrectationum fons eſt; verba lubrica ſunt, primum otioſa deinde in nocentia degenerant, & leuis ſæpè ſonus abit in grauiſſimum famæ vulnus. Sic D.Gregorius pronuntiauit, docetque nos familiaris experientia euenire ſæpius. *Ab otiocis ad noxia verba, à leuioribus ad grauiora venimus*. Ex Greg. in paſt.
animo deſidioſorum inuolat malus dæmon pia vota bonaque virtutum ſemina diuino ſpiritu diffuſa. Suntque quipe deſides ſi-

millimi terrę ſæcus viam poſitæ in quam vix ſemen ceciderat, quando conculcatum à prætereuntibus, raptumque ab auibus
Luc. 8. rapacibus perijt. *Conculcatum eſt, & volucres cæli comederunt illud.* Nec illis volucribus alij quam dæmones adumbrantur, qui torpentes otio, diſtractoſque vanis cogitationibus homines aggreſſi, bonis cęleſtibus ſpoliant vacuoſque relinqunt. Athenienſes etiam illos imitantur otioſi, de qui-
Act. 17 bus dixerat D. Paulus. *Ad nihil aliud vacabant niſi aut dicere aut audire aliquid noui.* Deus hoc à nobis crimen auertat cui in hac Vrbe, plus nimio ſumus obnoxij. Scitum eſt illud Diui Ioannis Chriſoſtomi.
Chryſ. ſup. Gen. hom. 14 *Otium omnem malitiam docet.*

Vnicum eſt otium Deo gratum, animoque in primis perutile, quod D. Bernardus grande negotium appellauit, propter multa quæ ſibi habet adiuncta bona. Illud eſt, cum ab omni opere externo vacantes, cum Deo agimus interius animo vbi ſedem ſuam locat Deus. Hoc erit otium ſanctiſſimum curandumque ab om-

ni-

nibus, quibus alia munera non incumbant. Denique rem abſoluam verbis quibus Angelus alloqutus eſt D. Antonium Abbatem in hanc rem accomodatis. *Antoni quæris Deo placere? ora : & dum orare non potes, manibus labora : & ſemper aliquid facito.*

M A-

Digitized by Google

MARIAE
DEIPARÆ VIRGINI
SEMPER IMMACVLATÆ.

Aue Maria 327. Humillima 327. Gem̃a nitens 327. Gratia plena 324. Agna munda 324. Dominus tecum 761. O! Maria Mater miſericordię 761. Inſignis Virgo Maria 761. Cęlum terris vnis 761. Ora pro Populo 761. O! Immaculata Virgo 761.

TV es Virgo Maria gratia plena, omnium pulcherrima rerum creatarum, qua nihil eſt gratioſius apud Deum, quod Angelus Gabriel declarauit his verbis. Inueniſti gratiam apud Deum. *Luc.* 1. Gratia plena es Genitrix mea ſanctiſſima, quo-

quoniam caſtiſſimo aluo tuo quaſi in templo ſancto, ipſum gratiæ, ſalutis, vitæ cæterorumque bonorum fontem concluſiſti: quoniam locupletauit te Trinitas omnibus donis ſuis, fide, ſpe, charitate, prudentia, iuſtitia, temperantia, fortitudine, timore, pietate, humilitate, & reliquarum virtutum ornamento. Dominus tecum eſt ſingulari quodom moda, vt per te etiam in animas fidelium dono cæleſtium diuitiarum redundent. O! Mater, ò! Domina mea reſpiſce has exiguas lucubrationes meas, me totum, & quidquid meum eſt verba, facta, cogitationes meas trade dilectiſſimo filio tuo: roga eum vt roboret infirmitatem meam, illuminet tenebras, ditet egeſtatem muneribus ſuis. Amen.

Infimus ſeruulus tuus, & minimus Cappellanus.
Franciſcus à Sancto Ioanne, & Bernedo.

Digitized by Google

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sac. Pal. Apoſt.

I. de Ang. Archiep. Vrb. Viceſg.

Imprimatur,

Fr. Ioſeph Clarionus Sacr. Theol. Mag. & Reuerendiſs. P. Fr. Dominici Mariæ Puteobonelli Sac. Pal. Apoſt. Mag. Soc. Ord. Præd.

PRO

Digitized by Google

PRO

MARIA

DEIPARA VIRG.

IMMACVLATE CONCEPTA.

Quinquaginta Anagrammata numeralia eruta ex literis Orationis Angelicæ, Aue Maria gratia plena Dominus tecum, &c.

A	VE Maria glatia plena	651
	Purior Angelis	651
V	Ale ô valde decora	649
	Exaltata Maria	649
	Immaculata nitet	649
	Im̃unis à lue Adami	649
E	N Fons Miſericordię	614
	En munda ſine pari	614
	Delitijs affluens	614

Ma-

M Ater & pietatis, & clementiae 1018
Tu Regia munda pura 1018
Lectulus Salomonis 1018

A Dmirabilis Virgo 601
Pura à nece amari ligni 601
Niuea Virgo 601

R Egum Patrona 654
Caeleſtis Sponſa 654
Virgo ſpecioſa 654

I Ncomparabilis MARIA 525
Imaculata Deipara. 525

A Cceſus ad Deum 726
Mater Salutis 726
Gaude in ęternum 726

Glo-

G Loria Ieruſalem 607
Virga de radice Ieſse 607

R Egina puritatis 791
Aula lucis fulgida 791
Pura nota macule 791
Lilium caſtitatis 791

A Mantiſſima Maria 522
Mater Agni immolati 522

T V pura Gemma 714
Mater ęterni Solis 714
Hiſpanię Pręſidium 714

I Mmaculata Virgo 711
Maria Mater miſericordię 711

A Vguſta Regina 741
Pura ac munda Maria 741
Pretioſa Virgo 741

Pu-

P Vriſſima Maria 690
Mater Dei dulciſſima 690
Abſque labe originis 690
Cęli recludit cardines 690

L Aureata Virgo 754
Origo hilaritatum 754

E N Domina mea dulciſſima 671
En Fons indulgentiae 671

N Iuea Agni Mater 528
Arbor Vitae 528
Munda vnica 528
Exaltata 528
Hortus 528

A Ve Regina caelorum 737
Auguſtiſſima 737
Semper ingnota maculæ 737
Pura ac immaculata 737

D	Ecus Eccleſiae	443
	Foeliciſſima Maria	443
	Iberiae Patrona	443
O	Maria virginea, ac munda	801
	O ! Regia puritatis	801
	En Cuſtos Hiſpaniae	801
M	Aria amabilis	283
	Candida Roſa	283
	Agna Dei Mater	283
I	Mmunis à culpa	693
	Patrona noſtra	693
	Sine macula originis	693
N	Octi diem germinans	552
	Ignota ruinę Adae	552
V	Irgo, et Mater	667
	Vnica Margarita eſt	667
	Regina mire tuta	667
	Libera à macula originis	667
S	Anctuarium Dei	772
	Caelum terris vnit	772

T	V lętitia Iſrael	749
	Arca mundo naufrago	749
	Heſperię Preſidium	749
E	N Regina Confeſſorum	831
	Eh Capitolium Ieſu	831
	En ter maculae pura	831
	En templum Regis nati	831
C	Lara Lux	625
	Fons indulgentię	625
	Regem mundi lactas	625
V	Irgo pariens	631
	Munda, et praeclara	631
	Origo fontium	631
M	Agnes animi Dei	280
	Oliua	280
	Scala Iacob	280
	Mater Agni	273
	Faeliciſſima	273
	Mater Ieſu	520
	Intacta à vę mali	520
	Lux	520

Bea-

B Eata Dei Genitrix 627
Mundi columna 627
Origo primę lętitię 627

E N Mulier circundans virum 1338
En Aurora lucida, et rubicunda 1338
En Maria pręſeruata à macula originis 1338

N Ites pura 585
Heua intemerata 585

E N Triadis Gemma 411
En Humilis 411

D Vlcedo 286
Mater pia 286
Dei Mater alma 286

I Nſignis 294
Dei Parens 294

C Aelum animatum 670
Faelix caeli porta 670

T V Maria 421
O mira tota 421

A Rca e ligno ſetim 450
Pia, et munda 450
Luminoſa 450
Sublimis 450

T Erge Adamo luctum 836
Benedicta Virgo, et, Mater 836
Cauſa verae laetitiae 836
Mutans Euae nomen 536
Virgo in partu 836

V Irgo pura 687
Faelix Virgo 687
Mater Diuinae gratiae 687
Profer lumen caecis 687
Cedrus fragrans 687

Iu-

Digitized by Google

I Vre munda 569
Puriſſima 569
Munda ſinę macula 569
O! Maria Stella mundi 569

N Itida, ac pura vale 734
Macula non eſt in te 734
Foelix mulier 734
O Redempta ſine macula 734
Palma virens gratię 734

M Axima Virgo Maria 738
Fons conſolationis 738
Immunis à culpa Adami 738
Miſeris Miſerere Maria 738

V Irgo potentiſſima 930
Palatium emicans auro 930

L Vminoſa, ac nitida 617
Pulcherrima Maria 617
Decus immortale 617
Mater charitatis 617
Adę ruinam neſcit 617

I Munis à macula originis 958
Mundi Princeps, et Regina 958
Super omnes Specioſa 958
Quaſi Oliua Specioſa 958

E N Mater Vnigeniti Filij Dei 751
Heſperiae Praeſidium 751
Ora pro nobis Deum 751

R Egia puritatis 751
Maria Virginea, ac munda 751

I Mmunis à labe originis 731
Integra Deum parit 731
Origo fluminum 731
Lilium inter ſpinas 731
Pura à mortali eſca 731

B Eata es quia credidiſti 797
O! Amantiſſima Virgo 797
O! Culmen puritatis 797

V Irgo illuminatrix 1164
Miraculum magnum mundi 1164

Sa-

S Alus in te ſperantium 1070
Lupum auerni mactas 1070

E N Arca panis vitae 645
En pulchra, et decora 645

En Regina Dei 165
En Ara Caeli 165
En mira 165

T Vta e morſu mali 921
Humilis, et ſublimis 921

Tu pia mundi Regina 795
Im̃unis à lapſu Adami 795
Cuſtos Heſperię 795

B Eata 109
Cęli mañа 109

E N Mater immaculata 656
En Fauum mellis 656

N Ardus 415
Inſignis Maria 415
O! Im̃aculata 415

E	N Stella maris	491
	En Fons veniae	491
	En Origo laetitiae	491
D	Iuina Mater	479
	Purior	479
I	Mmunis à culpa originali	918
	Pura noſtra Mater	918
C	Iuitas Refugij	728
	Pura ab omni macula	728
T	V pura Gemā	684
	Redempta ſine macula	684
V	Nica margarita es	657
	Melliflua Virgo	657
	Libera à culpa originali	657
S	Anctiſſima Maria	584
	Potentiſſima	584
	Munda Margarita	584
	Ieſum parit	584
	Aue Mater Dei Fili'	584

F	Ons ſignatus	523
	Mala noſtra pelle	523
R	Oſa virginea, ac munda	851
	Mitis, et humilis corde	851
	Libera à lapſu communi	851
	Pura à culpa originali	851
V	Era Sion	469
	Stella ſplendida	469
C	Oelum ſplendidum	770
	Oliua fructifera	770
T	Vta à lapſu Adami	818
	Illuminatrix	818
	Peruia cęli porta manes	818
V	Irga Aron	468
	Gemma pretioſa	468
S	Vauiſſima Maria	841
	Pura ,et immaculata	841

Spon-

Sponſa Dei electa 483
Viua Gemma 483
Dei gem̃ata Vrna 483
Ignara ruinae Adę 483

V Irgo fęcunda 605
Vale pacis Mater 605

E N amicta Sole 354
En Margarita 353

N Obiliſſima Virgo 696
Iterum dico Aue 696
Fons ſalutis 696
Libera à culpa originis 696
Nobiliſſima Virgo 696

T Er im̃unis à macula 819
Dulcis Parens Clementię 819
Sine grauamine grauida 819
Cauſa veri gaudij 819
Omnis maculę pura 819
Prima, ac vltima munda 819

Re-

R Emedium naturae humanae 1075
Mundi Saluatorem lactas 1075

I Lluminatrix Maria 939
Euaſit contagium irę 939

S Tella quę nos, et ducit, & illuminat 1646
Peccatorum tu Mater pęnitentium 1646

T V Mater Ieſu 820
Omnis maculae pura 820
Sucurre cadenti. 820
Flos Virginitatis 820

V Bera praebens pia Mater animae 943
Coelum terrę iungit 943

I Gnara luctus pomi Adami 945
Maria ante Sancta quam nata 945
Puritatis norma es 945

Inter omnes mitis 268
Gemma radians 268

Ianua caeli 289
Singularis 289
Fons gratiae 289

I Vcundiſſima 695
Oliua ſpecioſa 695
Porta Orientalis 695

E N domus Domini in vertice montium 1371
En Reparatrix nature humanę 1371

S Apientiſſima Maria 655
Virgo foecunda 655
Regina ſumme nitida 655
Vere imaculata 655

V Irga, et palma 514
Sedes Sapientiae 514
Ciuitas Regia 514
Deduc me à via mala 514

Su-

S Vperna Regina 618
Feliciſſima Virgo 618
Sine vili Adami nota 618

S Anctiſſima Dei Genitrix 1031
Sêmper à trina macula munda 1031
Homo, et homo factus eſt in ea 1031
Auxilium Heſperię 1031

A Micta Sole 309
Margarita 309
Foecunda 309
En ter magna 309

N Ihil purius te ò Virgo Maria 1347
Peccantibus refugij data Ciuitas 1347

C Orona Virginum 799
Meritiſſima Virgo 799
Tu cara pura Gemma 799
Santiſſima Mater Chti 799

Tu

TV Solem Stella paris 971
Per te laetantur Archangeli 971
Pura atque intacta 971

AGna pia, ac immaculata 789
Cęlitus rorata 789
Foeliciſſima Virgo Maria 789
Vena Sanctitatis 789

MAria Virgo 467
Manſueta 467

A Mantiſſima Virgo Maria 868
Tutelaris Heſperiae 868

Aurea ſcala caeli 440
Regina coeli lętare 440
Libera à labe originis 440

R Eperta vnica munda 859
Immunis à macula originis 859
Superexcelſa 859

Iu-

Digitized by Google

I	Vre pura	635
	Mater Vnigeniti	635
	Semper im̃aculata	635
	Regem mundi lactat	635
A	Gna alit Paſtorem	595
	O ! Porta Paradiſi	595
	Heſperiae Patrona	595
	Ah tu ſemper munda , et pura	1300
	De qua natus eſt Ieſus	1300
M	Ire pura	465
	Creata munda	465
	O Inſignis Maria	465
	Roſa intacta	465
A	Rca Euangelij	381
	En Triadis Gem̃a	381
T	Er immaculata viges	891
	Pura Ieſu Mater	891

Tu-

Tuta lapſu com̄uni 1104
Auſcultatrix 1104
Mira Heua anguem trucidas 1104

EN Im̄unis macula originis 972
Redempta auro ſui Agni 972

REmedium naturę humanę 1073
Immunis à natura ęgra pomi 1073

DOmus panis 474
Roſa vnica 474
O! Regina mundi 474
O! Mater clementiae 474
O! Mater Praedicanda 474

EN Glorioſa 352
En Formoſa 352
En Humilima 352
En Decus 352

En miraculum magni Dei 723
En Immunis lue Adami 723
Fons ſignatus 723

Ecle-

Digitized by Google

Eclesię decus 442
Peruia coeli 442
Iberię Patrona 442

I Nuicta Virago 709
Inuiolata,ac munda 709
Reconciliatrix 709

O Mater magni conſilij 583
O! Mira conſolatio 583

R Egina caelorum 531
Munda à macula 531
Sine gemitu Adam 531
Firmamentum 531

A Micta lumine 548
O! Virgo Dei elęcta 548

P Vra Oliua 621
Lignum vitaę 621
Cordium laetitia 621
Tu magni Dei Mater 621
Abſquè labe originali 621

R Egina aduocata mira 622
Mater puri Agni 622
Pręſeruata 622
Palam vacat vę 622

O Rigo omnium amenitatum 1071
O! Munda puritatis imago 1071

N Iuea Maria 376
Mater Deipara 376
Veneranda 376
Porta manes 376
Admirabilis Maria 376

O Rigo lucis 518
O! Virga Aron 518
O! Gemma pretioſa 518

B. Dei Genitrix 570
Solium glorię 570
Pura ſorde 570

I Ncomparabilis 404
Amoris Dilecta 404
Orientalis 404

Stel-

S	Tella maris	446
	Fons veniae	446
	Caelo capacius	446
P	Orta clauſa	606
	Spes noſtra	606
	Liberatrix	606
E	N coeleſtis Virgo	763
	En prudentiſſima Virgo	603
	En foelix cęli Porta	603
	Regina alma iure munda	763
C	Aro Ieſu	438
	Milies munda	438
	Gemã pretioſa	438
	En feliciſſima Maria	438
C	Elitus rorata	639
	Naeui pura micat	739
A	Vguſtiſſima Regina	969
	Pura vitio maculae	969

Digitized by Google

T	V iure immaculata	1009
	Mater viuentium	1009
	Protectrix Hiſpaniae	1009
	Euam puram colimus	1009
O	Purior Angelis	701
	Im̃unis à labe originis	701
R	Oſa Virginea	572
	Regis alti Ianua	572
I	Ncomparabilis Virgo Maria	871
	Puritatis Aula	871
	Virga Ieſe floruit	871
B	Eatiſſima Virgo	683
	Mundi cara tutela	683
	Mites fac, et caſtos	683
V	Irgo praedicanda	554
	Pientiſſima Maria	554
	Fortitudo	554
	Hiſpanię Patrona	554

Sa-

SApientiſſima Virgo	880
Abyſsus luminis	880
Auxilium Iberiae,	880
Fauus diſtillans	880
NItes pura, ac munda	864
Fons vitę, et venię	864
Genitrix Vitę.	864
VIrgo dilecta	490
Fructifera	490
Immaculata es	490
O! Aurea ſcala caeli	490
NItida, et pura Maria	730
Agna vera mira munda	730
Porta mirè clauſa	730
Pura mortali eſca	730
Immunis labe originis	730
COrona virginitatis	876
Virgo munda macula	876

I	Eſum patiens	619
	Faeliciſſima Virgo	619
	Imaculata nitet	619
	Mater Sanctę Spei	619
S	Tella ſplendida,et matutina	1055
	Super omnes ſpetioſa	1055
N	Imis pura, et munda	899
	Mediatrix noſtra	899
	O! ter immunis à macula	899
O	Digna Mater Dei	344
	O Dei Parens	344
T	Ota munda	526
	Fragrans Roſa	526
	Gemma refulgens	526
R	Egina cęlorum	530
	Munda macula	530
	Regem mundi alis	530

Aue

Digitized by Google

A Ve Sponſa Spiritus Sancti 1418
Per te' homo ad coelum re-
uocatur 1418

E N auguſtiſſima Regina 1014
En Purà vitio maculę 1014
Noſtra Conſolatrix 1014

A Bſque maculà originis 917
Mater Dei dulciſſima, et ama-
bilis 917
En mirè cumulàta donis 917
Nauis Inſtitoris 917

M Aria Mater Miſericordiae 712
Quaſi Mirrha electa 712
Regina pura maculę 712

E N cęli Gemma 155
En caeli Maria 155

N Oſtra Mater 577
Eua intemerata 577
Tutela Heſperię 577

O

I	Eſum pariens	619
	Faeliciſſima Virgo	619
	Im̃aculata nitet	619
	Mater Sanctę Spei	619
S	Tella ſplendida,et matutina	1055
	Super omnes ſpetioſa	1055
N	Imis pura , et munda	899
	Mediatrix noſtra	899
	O ! ter immunis à macula	899
O	Digna Mater Dei	344
	O Dei Parens	344
T	Ota munda	526
	Fragrans Roſa	526
	Gemma refulgens	526
R	Egina cęlorum	530
	Mundā macula	530
	Regem mundi alis	530

Aue

Digitized by Google

A Ve Sponſa Spiritus Sanƈti 1418
Per te' homo ad coelum re-
uocatur 1418

E N auguſtiſſima Regina 1014
En Pura vitio maculę 1014
Noſtra Conſolatrix 1014

A Bſque macula originis 917
Mater Dei dulciſſima, et ama-
bilis 917
En mirè cumulata donis 917
Nauis Inſtitoris 917

M Aria Mater Miſericordiae 712
Quaſi Mirrha eleƈta 712
Regina pura maculę 712

E N cęli Gemma 155
En caeli Maña 155

N Oſtra Mater 577
Eua intemerata 577
Tutela Heſperię 577

O

I	Eſum patiens	619
	Faeliciſſima Virgo	619
	Imaculata nitet	619
	Mater Sanctę Spei	619
S	Tella ſplendida, et matutina	1055
	Super omnes ſpetioſa	1055
N	Imis pura, et munda	899
	Mediatrix noſtra	899
	O ! ter immunis à macula	899
O	Digna Mater Dei	344
	O Dei Parens	344
T	Ota munda	526
	Fragrans Roſa	526
	Gemma refulgens	526
R	Egina cęlorum	530
	Munda macula	530
	Regem mundi alis	530

Aue

A Ve Sponſa Spiritus Sancti 1418
Per te homo ad coelum reuocatur 1418

E N auguſtiſſima Regina 1014
En Purá vitio maculę 1014
Noſtra Conſolatrix 1014

A Bſque maculà originis 917
Mater Dei dulciſſima, et amabilis 917
En mirè cumulata donis 917
Nauis Inſtitoris 917

M Aria Mater Miſericordiae 712
Quaſi Mirrha electa 712
Regina pura maculę 712

E N cęli Gemma 155
En caeli Maria 155

N Oſtra Mater 577
Eua intemerata 577
Tutela Heſperię 577

O

Digitized by Google

I	Eſum patiens	619
	Faeliciſſima Virgo	619
	Im̃aculata nitet	619
	Mater Sanctę Spei	619
S	Tella ſplendida,ęt matutina	1055
	Super omnes ſpetioſa	1055
N	Imis pura, et munda	899
	Mediatrix noſtra	899
	O! ter immunis à macula	899
O	Digna Mater Dei	344
	O Dei Parens	344
T	Ota munda	526
	Fragrans Roſa	526
	Gemma refulgens	526
R	Egina cęlorum	530
	Mundā macula	530
	Regem mundi alis	530

Digitized by Google

A Ve Sponſa Spiritus Sanƈti 1418
Per te homo ad coelum re-
uocatur 1418

E N auguſtiſſima Regina 1014
En Pura vitio maculę 1014
Noſtra Conſolatrix 1014

A Bſque macula originis 917
Mater Dei dulciſſima, et ama-
bilis 917
En mirè cumulata donis 917
Nauis Inſtitoris 917

M Aria Mater Miſericordiae 712
Quaſi Mirrha eleƈta 712
Regina pura maculę 712

E N cęli Gemma 155
En caeli Maria 155

N Oſtra Mater 577
Eua intemerata 577
Tutela Heſperię 577

T	V iure immaculata	1009
	Mater viuentium	1009
	Protectrix Hiſpaniae	1009
	Euam puram colimus	1009
O	Purior Angelis	701
	Im̃unis à labe originis	701
R	Oſa Virginea	572
	Regis alti Ianua	572
I	Ncomparabilis Virgo Maria	871
	Puritatis Aula	871
	Virga Ieſe floruit	871
B	Eatiſſima Virgo	683
	Mundi cara tutela	683
	Mites fac, et caſtos	683
V	Irgo praedicanda	554
	Pientiſſima Maria	554
	Fortitudo	554
	Hiſpanię Patrona	554

Digitized by Google

S Apientiſſima Virgo 880
Abyſsus luminis 880
Auxilium Iberiae 880
Fauus diſtillans 880

N Ites pura, ac munda 864
Fons vitę, et venię 864
Genitrix Vitę 864

V Irgo dilecta 490
Fructifera 490
Immaculata es 490
O! Aurea ſcala caeli 490

N Itida, et pura Maria 730
Agna vera mira munda 730
Porta mirè clauſa 730
Pura mortali eſca 730
Immunis labe originis 730

C Orona virginitatis 876
Virgo munda macula 876

Digitized by Google

AVe Sponſa Spiritus Sancti 1418
Per te' homo ad coelum re-
uocatur 1418

EN auguſtiſſima Regina 1014
En Pura vitio maculę 1014
Noſtra Conſolatrix 1014

ABſque macula originis 917
Mater Dei dulciſſima, et ama-
bilis 917
En mirè cumulata donis 917
Nauis Inſtitoris 917

MAria Mater Miſericordiae 712
Quaſi Mirrha electa 712
Regina pura maculę 712

EN cęli Gemma 155
En caeli Maſia 155

NOſtra Mater 577
Eua intemerata 577
Tutela Heſperię 577

O! Centiès munda 577
O! Arbor vitę 577
En Salus orbis 577

Nocti diem germinas 552
Ignota ruinę Adae 552

Nitida Virgo Maria 630
Munda, et pręclara 630
Origo primae laetitiae 630
Regina ſume nitida 630
Turris Libani 630
O! digna Mater Ieſu 630

En optima 295
En mirabilis 295
Lumen 295
Digna Mater Dei 295
Aegris medicina 295

MARIAE
DEIPARÆ VIRGINI
SEMPER IMMACVLATAE.

Gaude Mater inuiolata 863.
Benedicta in mulieribus 863.
O! Illuminatrix 863.

ILLVSTRES fæminas quinque (amantiſſima Virgo) memorant inter cæteras ſacræ paginæ, quas benedixit Deus quorum nomina initialibus characteribus formant nomen tuum MARIA; Harum omnium virtutes collectæ ſunt in te vna; tui ſiquidem imaginem expreſſerunt moribus ſuis. Maria quæ fuit ſoror Moyſis: Anna Mater Samuelis: Ruth: Iudith. Abigail. Tu Maria Princeps mulie-

Digitized by Google

lierum quæ rubrum ſęculi mare ſicco veſtigio, hoc eſt, vndas voluptatum, & illecebrarum exors culpæ transfretare potuiſti, vnde inter choros Virginum prima fuiſti quæ caneres. *Cantemus Domino glorioſe enim magnificatus eſt equum, & aſcenſorem deiecit in mare.*

Exod. 15.

Tu fuiſti Anna auſpicatiſſima quę poſt lachrymas poſt ieiunia filium tandem obtinuiſti longè præſtantiorem Samuele, quem ab Infantia in remplo locatum Deo pro nobis obtuliſti. Tu es Ruth illa Moabitidis quæ oblita populum ſuum, & Domum Patris ſui ex ſene Booz audire meruit. *Benedicta es filia tu à Domino quia non es ſecuta iuuenes, pauperes, ſiue diuites, plenam mercedem recipias à Domino Deo Iſrael ad quem veniſti, & ſub cuius confugiſti alas.* Nam tu non modo populo, patriæque domui, ſed vniuerſo, & etiam mundo nuncium remittens recepta es ſub alas Dei Iſrael,

1 Reg. 1.

Ruth. 2.

&

& iuuenes, pauperes, ac diuites contemnens, antiquiſſimo dierum, ſcilicet Deo es deſponſata.

Tu es fortis, & caſtiſſima Iudith, quæ non modo caput Holofernis abſcidiſti; verum etiam contriuiſti ceruicem draconis inferni; ideò tibi laudes dicit vniuerſa Eccleſia. *Benedicta tu à Domino, in omni tabernaculo Iacob; Tu gloria Ieruſalem. Tu lætitia Iſrael: Tu honorificentia populi noſtri, eo quod caſtitatem amaueris: ideo & manus Domini confortauit te, ideo eris benedicta in æternum.* *Iudith 13.15.*

Tu es prudens, & formoſa Abigail, quæ iram Dauid, & furorem iuſtum contra Nabal repreſſit, quæ audiuit. *Benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuiſti me hodie ne irem ad ſanguinem, & vlciſcerer me manu mea.* *1. Reg. 25.33.*

Quis autem eſt Nabal niſi peccator? quis Dauid niſi Deus? quis Abigail niſi tù, ò Maria? vera Mater miſericordiæ, Aduocata peccatorum,

quæ

Digitized by Google

M	Ater Chriſti	515
	Munda paris	515
	Inflam̃ata charitate	515
